



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Nouitium in proposito nutantem firmat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](#)

uersus, de viâ aspexit nonnullos post sepium  
virgulta genibus nixos coronas suas orando  
voluere, non sine magno animi sui sensu. A-  
liás cateruatum puerorum agmina reuerten-  
tem rure comitabantur in Tyrocinium us-  
que, non sine Patrum id spectantium gaudio  
atque admiratione.

Ingenti ardebat zelo iuuandi domesticos *Zelus ani-*  
omnes, nec minori charitate ferebatur in sa- *marum,*  
ludem exterorum; atque ut secundis aliorum  
successibus mirè lætabatur, ita dolebat ad-  
uersis, nec minor eum proximi quàm sui sol-  
licitudo exercebat. Nouitius quidam propo- *Nonitium*  
siti pœnitens, viam explorabat abeundi. Ipse *in proposito*  
*nutantem*  
ad genua se aduoluit dubitantis, obtestatur *firmat.*  
dies aliquot maneat: interea Socios sollicitat,  
ut pro eo Deiparam deprecentur; & constan-  
tiam nutanti videtur impetrasse. Cùm qui- *studium*  
dam è Tyronibus sub noctem obiisset è vi- *solvendi*  
uis, Ioannes viñus sibi parum pro defuncto *suffragia*  
*pro mor-*  
orasse, potestatem fieri sibi petiit, plura pro *tuis.*  
eo Rosaria persoluendi, postquam reliqui ad  
dormiendum essent profecti. Ad summam, *Biennium*  
*tyrocinij*  
*conficit.*

vtrumque Tyrocinij annum eā Superiorum,  
Contubernialium, Patrum Fratrumque do-  
mesticorum satisfactione transfigit, ut Ange-  
lus loci audiret. Utque nemo ullum vñquam *Magna de*  
in eo defectum notarat, sed quilibet virtuti- *eo virtutē*  
*opinio.*  
bus omnibus censebat absolutum, ita sanctæ

C 2                    instar